

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Loquacitas u  
cum fonte primo

Lingua dicitur quia  
lingit adulando, mordet  
detrahendo, occidit menciendo.  
Ligat et ligari non potest; labilis est et  
teneri non potest, sed labitur et fallitur.  
Labitur ut anguilla, penetrat ut sagitta;  
tollit amicos, multiplicat inimicos,  
mouet rixas, seminat discordias;  
uno ictu multos percutit et interficit.  
Blanda est et subdola, lata et parata ad  
exhaurienda bona et miscenda mala.  
Qui custodit linguam suam, custodit  
animam quoniam  
mors et uita in potestate lingue est.

Hugo ibidem (libro II. de anima).

Lingua dicitur, quia  
lingit. Lingit adulando, mordet  
detrahendo, occidit mentiendo.  
Ligat, et ligari non potest: labilis est, et  
teneri non potest; sed labitur et fallitur.  
Labitur ut anguilla, penetrat ut sagitta;  
tollit amicos, multiplicat inimicos;  
mouet rixas, seminat discordias.  
Uno ictu multos percutit et interficit.  
Blanda est et subdola, lata et parata ad  
exhaurienda bona, et miscenda mala.  
Qui custodit linguam suam, custodit  
animam suam (Prov. xxi, 23); quoniam  
mors et vita in potestate linguae est  
(Prov. XVIII, 21).

Pseudo-Bernardus Claraeuallensis,  
*Tractatus de interiori domo*, 28 (PL 184,  
col.537B-C).